Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Quare cum
publicanis
et peccatoribus
manduca-
tis et bibitis?
Et respondens
Ihesus dixit ad
illos: Non
egent me-
dico qui sani
sunt, sed qui ma-
le habent. Non
enim veni vo-
care iustos
sed peccatores in
penitentiam.

diminuetur in perfectos.
Theophil. Et sic ab
accipiente censum
a transeuntibus, Christo
censum accepit: non
quod ei accipiens
pecuniam, sed totaliter
eum transferens ad suum
exercitum. Crisost.
Vocatum autem Levi dominus
honoravit: dum
cum eo confestim epula-
tus est. Hoc enim ei
maiorem praestabat
fiduciam. Unde sequitur:
Et fecit ei convivium
magnum Levi in domo sua.
Nec solum cum eo discu-
buit, immo cum pluribus.
Unde sequitur: Et erat
turba multa publicanorum et aliorum
qui cum illis erant discumbentes.
Conveniebant enim publi-
cani ad eum sicut ad
collegam et hominem
eiusdem officii: sed et ipse
gloriatus de praesentia Christi
convocavit omnes. Christus
et quodlibet genus remedii
exhibebat: et non so-
lum disputando et prae-
stando sanitatis re-
media, vel et redarguendo emulos, sed
et comedendo nonnullos errantium dirigebat.
Inde nos instruens quod quolibet hora et tempore potest
nobis utilitatem afferre. Sed in publicanorum
participationem invitavit propter utilitatem sequen-
tem, more medici qui nisi tangeret saniem
non liberaret a morbo. Ambr. Cum peccatoribus
enim manducando et cum gentibus non prohibuit
nos inire convivium. Crisost. Sed tamen dominus incre-
patur inde a phariseis invidentibus et volen-
tibus a Christo discipulos separare. Unde sequitur: Et murmurabant
pharisei et scribe dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis et peccatoribus

manducatis et bibitis? Serpentina vox est haec: — et Ambr.
primam vocem serpens emisit dicens
Eve: Quid dixit deus nolite manducare etc.
Et praesens sua venena diffundit. Aug. — de cons. evan.
Videtur autem Lucas hoc aliquanto diversius
ab aliis evangelistis commemorasse. Non enim
dicitur tamen domino obiectum esse quod cum publicanis et
phariseis manducaret et biberet: sed discipu-
lis quod de ipso et de ipsis accipitur. Ipsa enim
Matheus et Marcus de Christo discipulis obiec-
tum narrant: quare quod discipuli cum publica-
nis et peccatoribus manducabant: magis ipse
magister obiciebatur quem sectando imitaba-
tur. Una ergo sententia est: tanto melius insinu-
ata: quanto quibusdam verbis manente ve-
ritate variata. Crisost. Ipse autem dominus in quorum
corum sermone convincit, ostendens non esse culpam
cum peccatoribus conversari: sed et esse summe misericordie.
Unde sequitur: Et respondens Ihesus dixit ad illos:
Non egent medico qui sani sunt, sed qui male habent.
In quo commemorat eos communis infirmitatis,
et de numero languentium eos esse ostendit, seque
medicum esse latentem. Deinde subiungit:
Non enim veni vocare iustos sed peccatores. Greg. — in ſeu.
Quasi dicat: adeo peccatores non abhorreo, quod etiam propter eos
tamen gratia veni. Non ut maneant peccatores:
sed ut convertantur et boni fiant. Aug. Unde — de cons. evan.
addidit: In penitentiam. Quod ad explanandam
sententiam valet, ne quisquam peccatores ob hoc ipsum
quod peccatores sunt diligi arbitretur a Christo. Cum
et illa similitudo de egrotis bene intimet
quid velit deus vocando peccatores tamquam
medicus egrotos, ut ab iniquitate tamquam
ab egritudine salvi fiant. Ambr. Sed
quomodo dominus iusticiam dilexit, non indicit deus in
tantum delictum: si iustos relinquens peccatores
curatur? Non intelligas quod eos iustos dicit
qui ex lege praesumant et evangelii gratiam non
requirunt. Nemo autem iustificatur ex lege, sed
redimitur ex gratia. Nam si gratia est ex penitentia:
utique qui fastidit penitentiam: abdicat gra-
tiam. Beda. Peccatores autem vocat eos qui
sua mala attendentes nec per legem ius-
tificari se posse putantes Christi gratie se peni-